

777

P A T R I S T I C I.

778

(Curculionis?) servuli exponit. Aetibus V. definitur Ludus Autoris Plautinum os adfectantis, qui est Leonard. Brunus dictus Aretinus, ut docet Elenchus Codici praefixus, et firmant Editiones in *Monast. Sorten.* fide *Deburii Bibliogr. instructive*, T. I. bell. Lett. p. 412. a. 1478. f. *Lipsienses* a. 1500. et 1514. 4. relatae a *Leichio Annal. typogr. Lips.* p. 77. et *Viennensis* a. 1516. 4. indicata a me in *Hist. vernac. Typogr. Vien.* P. I. p. 147. ubi notavi Conatum hunc comicum juvenilem *Leonardi* jam a. 1444. vivis exempti ignotum mansisse *Gesnero*, *Fabricio*, *Zeno*, *Hambergero*, quibus nunc *Mazzuchellium* addo.

XII. fol. 129. rursus ἀντιρροῶς; Dialogus inter *Laur. Vallam*, *Podium Bracciolinum* vulgo dictum *Poggium*, et *Guar. Guarinum*, qui est prior duorum a *Valla* in *Poggium* adversarium scriptorum, et legitur in Edit. *Basil. Opp. Laur. Vallae* 1540. p. 366. f. Incipit: *Audio pogium alteram in me composuisse inuicem &c.* et finit: *sumat alios quoscunque e meis libris.* *Guar. Placet.* *Laur. Fiat.* Invektivae *Poggii* praesto sunt comparare volenti in Edit. ejus *Opp. Argent.* 1510. *Paris.* 1511. et 13. et *Basil.* 1538. pauciores vero putem fore, qui *Poggios* se malint esse, quam *Vallas*.

XIII. fol. 141. Adlocutio quaedam Academica ante datam, ut vocant, *Licentiam*, quae incipit: *Cogitanti mihi animoque sollicito reuoluenti, rector insignis doctores eruditissimi ceterique mei (magi-*

stri?) literatissimi, quid cause foret, quod iuxta patrum nostrorum gymnasy uetus institutum non licet quempiam gradu sua pericia digno donare, nisi prima uirtutum suarum decantatione laudatus fuerit &c. Omnia fine die et consule.

CCCLIV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 39 XV. Folior. 39. 4. eleganter exaratus, praevis *Capitum* 36. Rubricis hoc gaudet miniato Titulo: *Aurelij Augustini Liber insignis ac deuotissimus Soliloquiorum animę ad deum feliciter incipit. De Ineffabili dulcedine Dei Capitulum I.* Nempe: *Agnoscam te domine cognitor meus &c.* Ut *Opp. Aug.* edit. *Maur.* T. VI. *Append. col. 85.* Non enim nisi cento est ex *Augustini* et aliorum Scriptis contextus, ut habes ibi in *Admonit.* praefixa. Usque ad fol. 19. Exemplo nostro adspersae sunt ab eadem manu notulae quaedam in commendationem dictorum, inter quas *Statii* versus: *Mille modis miseris homines mors una fatigat.*

CCCLV.

Codex chartaceus ital. Sec. R. 41 XV. Folior. 66. 4. nitide perscriptus, rubro distinctus, Bibliothecaeque oblatas a. 1721. a *F. Thoma M. Alfano O. P.* de quo mentio ad *Cassiodori Expositionem Psalmor.* continet I. Versionem Soliloquiorum *Augustino* perperam adtributorum hoc Titulo: *Incomenzano li soliloquij de sancto Augu-*

Augustino et primo incommenza el prologo. Initium: Inperocche fra tuèti li deuoti libri chi se trouano: lo libro deli soliloquij de sancto augustino me pare de singulare deuotione: Aio me pensato de uolgarizzare: Accioci cussi santa et utile opera ne poczamo recepere utilitate de uote persone che non sapeno grammatica. Ceterum munditiam cordis lecturis commendat ignotus Traductor. Nescio, an hoc Prolo-

Codex.

Damite a canoscere Signore chi me cognosce: damite a cognoscere uirtu de lanima mia: demonstramete consolatore mio. Lassamete uidere lume deli ochi mei: Veni in me gaudio delo spiritu sancto: Sic io te ueggia leticia delo core mio. &c.

Ceterum correctior aliquantum, et Venetae dialecto adcommo-
data est Editio, ut successu temporis fieri solet.

II. fol. 47. *Incommenza la meditatione in uolglaro (sic) sopra la passione del nostro signore ihesu christo reuelata nouellamente da ipso ihesu christo benedicto a uno sancto homo chi desideraua sapere qualche cose potesse fare grata ala sua maiestate. Initium Prologi: Qualunca persona o seruo o serua de christo desiderera con tueto lo core suo non tepidamente &c. Exponitur fufius Revelatio, cuius meminit Inscriptio, nihil tamen inde ad eius historiam discas. Ipsum pium Exercitium praevia institutione incipit: De una (Diuina?) e-*

*go gaudeant Editiones Mediol. 1480. Florent. 1481. Mediol. 1492. quas enumerat Jac. M. Paitonus T. I. Bibliot. degli Autori ant. volgarizzati p. 28. Obja-
cet mihi vero Veneta, quam ille non adfert, per Mattheo di Code-
cha (Capo di Casa) de Parma 1494. 8. min. Prologo carens; ejusdem tamen cum nostro Codice Versionis, ut e paucis hisce C. I. lineis liquet.*

Editio.

Damiti a cognoscere signor che mi cognosci. Datemi a cognoscere uirtu de lanima mia. Demonstramete consolatore mio. lassami te uedere lume de liochi miei. uiene in mi gaudio de lo spirito mio si chio te ueza letitia del cuor mio &c.

terna Sapientia del padre Signore mio ihesu christo cum precordiale affetto te ricordo ogi tuèti li amaritudine &c. et constat Articulis, Orationibus, Considerationibus, Meditationibus, Salutationibus, quae terminantur specie quadam Litaniarum, quovis versu incipiente: Humillimo ihesu. Aderat ad calcem miniata clausula fortasse nomen Autoris exprimens; sed a male consulto quodam extrita est. Sec. XV. per Italiam pluries impressae sunt Meditationi dela uita et passione del nostro saluatore misser Jesu christo, sed hae dicuntur cauate de sancto Bonauentura et altri doctori, et a nostris diversae sunt.